

Houarus

Catalogus disserit.

I. f. S. Semler.

1. Obj. Super 2 Timoth. III. ad 11.
2. Sessionis VI locutus Trident. exemplum.
3. De Regeneratione monastica.
4. de prestantia thes. acromaticae praesertim dicta biblica.
5. de infelicitate hominum praesenti.
6. de Christi ad Abgarum epistola.
7. de imagine divina in humana isti natura.
8. de mysticarum interpretationum studio.
9. Iniquitatum hermeneutica et Testim. spec.
10. de temporis quo scripta fuerit epistola Pauli ad Galatas.
11. Abantipatos fuisse, de quibus agitur Act. XXI. 5.
12. de propaganda per Bonifacium inter Germanos ref. christ.
13. de discrimine notiorum vulgarium et christianorum in libris Act. 7. observando.
14. In Matth. 1. 17.
15. de cauenda molesta sedulitate sacra.
16. In Lut. I. Gabrielum spir. s. non 47.
17. Iesum Christum esse paulo auctore verum Iesum et eum hominem. Act. II.
18. Illustratio antiqui carminis et euangelio Hebreorum.
19. De vario et impario veterum plasio in recolita historia defensas ad inferas.
20. spirituum si recte describi personam.
21. de desideriis et euangelio Hebreorum.
22. de discrimine inter baptizantes et receptantes.

II. f. A. Nosselt.

23. Singularis occidentalis divina in pace religionis religia.
24. de discernendo propria et propria actione.
25. de latet patrum grecorum in nouem.
26. in 1. Joh. II. 20 ad 27.
27. Indisp. tantius anglica luc. II. 14.
28. de Christo nomine regnante.
29. Deum auctoritatem divinam religionis Christi conformage sequis maioribus legitatione binatica.
30. ad Hebr. II. 11.
31. in 2 Cor. III. 17.
32. ad Num. XXXIII. 17.
33. in Joh. & II. 20-23.
34. de vera vi nominis feliciorum dei.
35. In 2 Thessal. II. 1-12.
36. In Joh. & II. 1-17.
37. In Joh. & II. 13 — & IV. 23.
38. (legit in Act. 17. n. 31. — Tief)
39. Quodlibet 2 Cor. II. 6.

N. 129.

FRIDERICIANAE ACADEMIAE

PRORECTOR

PHILIPPVS IACOBVS
HEISLER

ICTVS ATQVE IVRIS VTRIVSQUE
PROFESSOR ORDINARIUS

C V M

SENATV ACADEMICO
PENTECOSTES MEMORIAM
SOLEMNEM

CIVIBVS ACADEMIAE
COMMENDAT

PRAEMISSA COMMENTATIONE BREVI

IN L. EPISTOLAM IOH. II, 20 et 27.

HALAE MAGDEBURGICAE.

TYPIS LEBRECHT GOTTH. FABRI, MAGDEB.

A. C. CCC LXIII.

FRIEDERICIANAE ACADEMIE

PRORECTOR

PHILIPPI JACOBUS

HEISELER

DOCAS ADOA TAVIS ATREIAGLE

PROFESSOR ORDINARIA

C. 1730

SCHOLASTA ACADEMICO

PENTECOSTES MEMORIAM

SOLLEMNIA

CHIRIAS AGATHINAE

CONFIRMATION

LIBERALIA CONFIRMATIONIS ET COMMUNIONIS

IN LIBERALIA CONFIRMATIONIS ET COMMUNIONIS

(C. 1730) LIBERALIA CONFIRMATIONIS ET COMMUNIONIS

HABET LIBERALIA CONFIRMATIONIS ET COMMUNIONIS

LIBERALIA CONFIRMATIONIS ET COMMUNIONIS

A. C. 1730



Redeunt igitur festi illi dies, Ciues aestimatissimi, quibus manifesta et publica auctoritas existit prodita olim per Iesum Christum doctrinae melioris. Solet inusitata eius rei ratio designari augustinissimo carmine, effusi in Christianos illos *Spiritus Sancti*. Facile intelligitur a nobis, quid isto nomine hic praecipue celebretur; inter alios enim animi motus salubriores, qui ad Spiritum sanctum omnes referuntur auctorem, isto omnino tempore hoc maxime contigit, ut Apostoli non solum, sed et alii multi Christiani inusitatam animis suis vim subito diuinitus accedere senserint, quae iam contineri et premi non poterat, sed consentientibus in religionis illa experimenta vocibus et signis luculentis erumperet. Nempe *magistrorum* omen insigne, doctoris grauissimi et certissimi munus liberale, sic expletus Spiritus ille sanctus, ut perceptae disciplinae de Iesu Christo, deque omni eius vera prouincia discipuli documenta inaudita et publica ad alios etiam non edere non potuerint. Promiserat Iesus aliis doctorem, a quo *πατῶν αὐλοθεάν*, rerum nempe, quae ad Christum recte pertinebant, omnium, rationem atque indolem veram post elapsi alieuius temporis intervallo facilius addiscerent. Atque haec res tum sic evenit, ut Actor. 2. narratur. Videbatur autem sor ab illa causa et hoc tempore festo non alienum, si sententiam aliam, quae ioh. 2. 20. 27. dicitur, ita illustraremus, ut tantas rei ratio paulo, quam sere solet, melius patere nobis possit.

Iohannis illa oratio, ut verbis concepta est claris, lectoribus plerisque videri solet minime obscura; eamque ob rem etiam multorum ore versari scriptisque vulgo celebriari. Sunt eius generis atque ingenii sententiae non paucae in scriptoribus sacris; verba, quibus constant, facilia et aperta sunt; sed eo solet esse difficultius, ex multitudine earum rerum, quae menti obuersari possunt, veram causae imaginem ibi fingere, ut isto tempore illa singebatur. Cum iam breuitati praecipue studere nos oporteat, locum minime dare possumus colligendi de *Iohannis* illo loco veterum recentiorumque scriptorum sententiis: id vero agemus, licet breuissime, ut *Iohannis* mentem et consilium sequamur paulo diligentius. Primum igitur omnium facile patet, *Iohannem* de hominum quorundam perueritate ibi admonere, qui



Iesum illum, auctorem ad homines melioris religionis, iam negabant esse Christum, Dei filium, seu exspectatum Dei legitimum legatum; cuius malignitatis, si vel maxime Apostoli mentionem non fecerant, sci-
mus extare alia antiquissima monumenta. Plerique Iudeorum illum Iesum omnino reiiciebant, quia illa Messiae, seu Christi, persona, quam sibi inde a longo tempore ipsi fingeret solebant, in eum conuenire non videbatur. Nec deerant inter ipsos Christianos, quos iam poenitebat rudimentorum, religionis nouae, quia opinionibus de corporis felicita-
te et voluptate conceptis cunctus debeat; hi nec Iudei iam nec Chri-
stiani amplius erant. Propter hos itaque, qui id nunc instituebant, vt
in eundem errorem et contemptum Iesu, Christianos alios inducerent,
hanc epistolae partem Iohannes se addidisse profiteretur, c. 2, v. 26. 27.

Sic autem hoc peruersum quorundam maleuolorura studium amo-
litur Iohannes, vt Christianis in mentem reuocet veram rerum
apud eos rationem, quae ita sit comparata, vt aliquo, qui iam demum
existat, doctore ipsis opus non sit. Res ipsa, de qua eos doceri amplius
opus non sit, facile colligitur ex v. 18. 21. 22. ταὶ περὶ Ἰησοῦ, seu, num
Iesus ille, de cuius inter Iudeos rebus gestis et fama et Apostolorum
testimonium longe lateque disseminabatur, sit Christus, dei filius? Non
opus esse dicit Iohannes, vt hi Christiani de hac re per alios quosdam
nunc demum doceantur. Breuiter expressit v. 21. οὐδὲτε τὴν αληθείαν,
scitis rem veram, ipsam, vt se omniō habet, Αληθεία non iolum
complectitur historiam Iesu veram, de eius rebus gestis, quae a fabulis
et rumoribus malignis sciungitur: Sed etiam indolem veram et caussam
Messiae; ecquae Christi, hominibus cunctis, non Iudeis solis, promis-
si, vera sit persona et prouincia, quae a Iudeorum vanis opinioni-
bus et ineptis studiis longe erat remota. Vtrumque hoc nomine com-
prehenditur Ioh. 16, 7. quare et ibi v. 13. τὸ πνευμα τῆς αληθείας
venturum dicitur, et ducturum socios Christi εἰς πάσας τὴν αληθείαν,
quae nempe ad muneric Christi rationem ingenuam tum pertinebat.
Huius veritatis praesidium simul aliquod Iohannes in epistola hic v. 24.
commemorat, ὁ μύστας δτ̄ ἀρχης, inde ab initio iam scitis, unde
tam feris doctoribus opus non est. Nempe auditis Iesum, diuina
auctoritate vsum, iudaicam omnem superstitionem grauita semper re-
prehendisse, meliorem modum deum ἐν πνευματι colendi docuisse;
regnum politicum minime instituisse; nec defuisse grauissima doctrinae
argumenta, miracula multa. Haec vt fere historiam Iesu cunctam ad-
mixtam habent, ita simul prouinciam Messiae ingenuam ob oculos po-
nunt;

* * *

nunt; sed illa Iudeis et ex Iudeis Christianis quibusdam parum placebat, politicas rerum publicarum priuatarumque mutationes a Messia expectantibus; hinc et ipsa historia malignis contaminari coepit suspicitionibus; donec eo peruentum est, ut Anticheristos contrariis studiis ultra obuiam ire Apostolis audenter.

Horum igitur peruerterum hominum conatus Iohannes ita reprimit, vt sententiam pro Christianis dicat, καὶ υπεις χριστα εἶχετε, οὐδέτε την ἀλλοθεαν, δὲ χρεῖαν ἔχετε, ια τοις διδόσαντις εἴησαν. Et vos quidem; sive vt translationes veteritae quaedam esserunt; Sed vos habetis χριστα. Redit res praecepsa ad hanc phrasin, χριστα εἶχετε, ἀλλοθεα χριστα, χριστα διδόσαντις εἴησαν; ea enim rationem continet, quamobrem Christiani nouis his doctoribus facile et omnino carere possint et debent. Atque hic plerique interpres facilissimam χριστατος explicacionem inueniunt per πνευμα, quod nomen etiam versiones quaedam χριστατος vocabulo mutarunt. Spiritum sanctum enim domesticum atque internum doctorem Christianis contingere. Nec defuerunt, qui eo usque arbitrio deuenierunt, vt statuerent; nec hodie opus esse alii doctores, si quis hoc interno magistro vtatur; nec ex scripturac sacrae ministerio aliquem, sed ex penetralibus imis ad scripturarum explicacionem affere vniōnis sua fructus. Hi postremi quam imperite sentiant, multis declarare non attinet; cum fanatica illa familia per gentes barbaras etiam praeter Christianos hodieque late extendetur; tanta est opinionium vanarum societas. Iti vero alii, eti in re descrip̄ia non aberrant, descriptionis tamen causas negligunt, nec ad rationem grammaticam satis attendunt. Neque enim ratione caret, quod Iohannes sic describere maluit, χριστα εἶχετε, quam πνευμα εἶχετε. Itaque videmur recte occupare, hanc phrasin eis ex veteri disciplina et consuetudine Hebraeorum definiunt. Nec abhorret a veri similitudine, cum scimus, plerosque hos, ad quos Iohannes scribit, ex Iudeis græcis suisse, quibus illa ex vetusta religione oriunda phrasis fuit notissima. Est autem oppido inuenustum, quod hic quidam de vniōnibus coniuarum, athletarum aut commodum natorum infantum commentantur. Quis enim ita maius praeferre antiquissimis vestigis vniōnis sollempnis, quae in Hebraorum historia obsernari possunt? Iacobus Genes. 28, 18. adhibebat vnguentum lapidi consecrando, vt ea re insignem praefrantiam et diegoas huius lapidis luculentem confirmaret. Scimus et pontifices vnguentos, Exod. 28, 7. reges etiam, et prophetas non raro; itaque certum est, χριστα, publicata vnguentum, praefrantiae, auctoritatisque, quae insit, summae symbolum adhibitam suisse inter Iudeos. Sed et illud legimus



mus, adhibitum *χριστον* adduxisse quasi secum in regem &c. hanc
 praestantiam; seu per illud inuisitatem vim et virtutem singularem in
 regem aliosque collatam fuisse; quae noua mentis agitatio solet nomine
Spiritus dei domini, designari. Per vunctionem iam de *ἐγενόμη* summa
 regis et pontificis noui publice ad homines constabat; prophetae docendi mu-
 nere *ἐν παραγγελίᾳ* fungebantur. Atque eadem ratio est nominis celeberrimi,
 Χριστός, *Χριστος*, vnde scil. dei, seu a Deo, in quem Deus documentis
 claris multis usus contulit summam auctoritatem, doctoris personam
 maximam, quae res breuiter *cf. 61.* proponitur. Observa-
 runt iam alii, chaldaeum interpretem alicubi nomen כֶּר sufficere
 in locum Χριστός; atque negari profecto non potest, quamquam no-
 men *Christus* soleant veteres et noui scriptores copiose explicare, et
 plura simul mente concipere, praeceps tamen vi nominis vera ad do-
 CTORIS prouinciam et auctoritatem respicendum esse. Iesum enim
 Deus ipse inangurauit et constituit doctorem summum, cuius praestan-
 tia Mosis et ceterorum omnium longe antecelleret auctoritatem. Huic
 doctori, qui factis et gestis rebus ingentibus omnium in se oculos
 convertebat, qui cum Deo non poterat non esse maxime coniunctus, vt
 Nicodemus indicabat, *Ioh. 3. 2.* huic igitur doctori obsequi debebant
 omnes, qui huius auctoritatis imaginem animo recipiebant. Iam
 haec phrasis, *χριστος ἐχειν*, facile intelligi poterit. Quemadmodum
 in veteri Hebraeorum disciplina vnguentum sacerum distinguebat reli-
 gionis antisitites cisque foliis publice impertiebat auctoritatem, plebem
 ceteram de religione docendi: Sic et Christianis his non deesse *χρισ-
 tua*, vnguentum illud, seu auctoritatem legitimam et iustum; contra
 ea, istos alias desitui documentis claris et certis eius causas, quam
 agere instituebant. Innuitur hoc nomine, *χριστος*, translatam esse religio-
 nis rationem iustam a Iudeis ad Christianos; solitam esse obligationem
 quae antea obtinebat. *Habetis χριστον a sancto*, sine a Deo, patre a Iesu,
 illo, quem pater sanctificauit; accepisti *χριστον ab eo*, *v. 27.* Potest au-
 tem hoc non minus intelligi, de omnibus et singulis, quam de quibus-
 dam inter hos Christianos. Si illud placet, respicitur ad id, quod hi
 Christiani omnes *inde ab initio*, partim a Christo ipsis, partim ab Apo-
 stolis meliorem institutionem natii erant; *unde omnes eritis*, i.e. erudit
 optime, potestis ipsi esse doctores ad alios; vt non locutus sit posteriori-
 bus doctoribus. Ea fere ratione *Targum* illud quod *Jonathanis* nomen praec-
 se ferre falso solet, in *Num. 20.* *victum in lege dicit; doctorem*, et *victum*
in lege coniungit, quod obseruavit hic *Weissteinus*. Iuvat non nihil hanc
 explicationem id, quod antiquior latina versio hic *v. 27.* legit, vñctio,

quam

quam accepimus ab eo; Iohannes aliquis apostoli dicerentur χριστοι
accepisse, et Christiani plures; nempe quoti quique miraculorum dona
nasci erant, eo ipso testium et doctorum auctoritate maxima pollebant.
Si vero paucoram et quorundam tantum χριστοι esse statuant: in-
telligendi sunt illi omnino, qui manus διδοσαλων, πουεσαν, πρεσβο-
τερων, praeter Apostolos, gerebant; habetis a Iesu Christo, Christum, i.e.
vñlos, doctores optimos, qui sermonibus addere rerum auctoritatem
possunt, qui rarioribus facultatibus eminent; itaque profecto non opus
est, vt aliis iam de nimis doctribus operam vilam detis, qui inde ab ini-
tio rebus Iesu non intersuerunt. Vtro iam modo haec intelligantur,
(quis utrumque iungere quis malit,) non deest luculenta ratio, quam ob-
rem a nouis doctoribus omnino se abstinere li Christiani debuerat? Se-
cundus vero est, si quis Spiritum sanctum, vt salutares motus in nobis exci-
tat, hic εψεσως per χριστον intelligat. Nempe illi ipsi doctores salii
de Spiritu sancto sumiliter gloriari poterant, vt πνευματι πλανη Iohannes
postea nominat, qui πνευμα iactant: nemo vero poterat nega-
re, hos doctores Christianorum praestare, et antiquitate, et auctoritate,
quae prodigiis adeo et miraculis multis mansibatur. Hi doctores, quos
Christiani illi adhuc sequerantur, omnia ea, quae ad Iesum spectabant,
longe certissime et optime sciebant. Hos acceperant a Iesu ipso, qui
Apostolos ipse misit; Apostoli autem ipsi hos illos doctores constituerant
ipsius probatos. Hi omnes πνευμα αγιον nasci erant; nec vana erat spi-
ritus iactatio; δυναμις enim πνευμatos luculenta semper existabat. His,
tam insignibus, tam praestantibus doctoribus cum iam diu vitaminis, ni-
hil opus est, iuxta tis, (ignotus, nullius auctoritatis et nominis) διδοσην
opus de rebus Iesu. Hoc χριστο, quod ab eo accepisti, in vobis ma-
net adhuc; non destituti hi meliores doctores, nec hi ad negandum
Iesum delabuntur, quorum est maxima auctoritas. Latini scriptores
non tam errore oculorum, quam dedita opera loco pueri substituerunt;
maneat; futuri signum, vt videtur, interpretati pueri, loco pueri.
Attingimus adhuc illam partem v. 27. alii ois ro. avto χριστο διδο-
ση ουρας περι παντων. Versiones latinae, vetustior illa et quae diei
solet, vulgata, esserunt, sicut vñctio eius docet; quia effet, ro dñs
χριστο; addit Westenius, graecorum patrum aliquos et versionem
aethiopicam, posterioremque Syram similiter prodere. Poterat forte et
excusam Syram, seu veterem recensere; quae habet, vñctio, quae est a
Deo ipsa; retulit autem ad deum patrem. Sed est haud dubie genuina le-
gio, ro avto χριστο, quod est Christianis omnibus hoc tempore com-
mune

* * *

mune; communis illa longe plurium christianorum doctrina atque eadem disciplina, quae sciungitur a falsis doctoribus, sicut vos docet de rebus ad Iesum pertinentibus; ita verum est. Αληθες scil. πραγμα. Atque vtitur Iohannes iisdem argumentis, quae ab initio epistolae protulerat; quibus praestantia et diaφορα apostolorum et proborum doctorum continebatur. Sunt igitur aperta mendacia, quae ab his seminatur falsis doctoribus; et propter ta'es homines, qui votis mendacis suis, imponere et in societatem Φιλοδοξης et ad contemptum Iesu adducere vos conantur, haec scripsi. Tandem postrema sententia, και ἔκαστος ἐδίδασκεν ὅμας πειράτης εἰς αὐτῷ, potest vel intelligi sic, ut ad χριστου referatur, idque videtur plurius velle interpretes; vel subaudiendum est nomen Iesu, ad αὐτος, ut sensus sit: ut verbo dicam, hac ratione si egeritis, ad quem admodum ille docuit vos ipse et praecepit, Ioh. 15, 4.) manebitis in illo, Iesu; non negabitis aut abicietis Iesum. Inde ex alio capite hoc confirmare et adiuuare pergit: Καὶ νῦν, τενία, μενετε εἰς αὐτῷ, ac si diceret: Est vero et alia ratio, quae vos maxime moneat, ut non solum persistatis in ea sententia, quam de Iesu, Christo, adhuc souebatis, sed etiam vniuersam eius disciplinam et salubria praecepta porro teneatis; illa scilicet, ut bono animo esse omnes possimus, nec pudore atque poenitentia pleni ab eo nos auertere ipsos oporteat, eiusque quasi vultum et confpectum fugere, si fuerit manifestatus.

Sed ista iam sufficiunt nostro consilio, Cives aestumatisimi, quibus salubrem illarum rerum recordationem suggestere vobis instituimus, quae hos per dies olim ad confirmandam vniuersam Iesu Christi disciplinam publice Hierosolymis contigerunt. Iam date ipsis hortamus, operam, ut in ψυχήν σεων, ὡς ἀπόχεις ἵστορατε, ne effluat ex animis vestris tantarum rerum ratio atque causa; quae profecto omnis eo spectat, ut et vos salubres Spiritus divini motus studiosissime sequamini, qui doctrinarum et institutionum Christi sunt fidissimi comites et adiutores. Sic munus illud huius παρακλήσεως, doctoris optimi, ut eo fuerit cuique opus, felici experimento hodieque ad vos sese exseret; nec quenquam vniuersam poenitebit exultaes huius, quae Iesum habuit auctorem, religionis. P. P. die 21. Maii A. C. 1510 CCLXIII.

* * *

Fe 4194



Rekor

FRIDERICIANAE ACADEMIAE

PRORECTOR

PHILIPPVS IACOBVS
HEISLER

ICTVS ATQVE IVRIS VTRIVSQUE
PROFESSOR ORDINARIUS

C V M

SENATV ACADEMICO
PENTECOSTES MEMORIAM
SOLEMNEM

CIVIBVS ACADEMIAE
COMMENDAT

PRAEMISSA COMMENTATIONE BREVI

IN I. EPISTOLAM IOH. II, 20 et 27.

HALAE MAGDEBURGICAE.

TYPIS LEBRECHT GOTTH. FABRI, MAGDEB.

A. C. CIO 10CC LXIII.

